

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LIII. Non arroget sibi aut exerceat in suos Dominium vel imperium.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

scopum vertit *superinspectorem*, maximè cum editiore in Ecclesiâ folio resideat, & sic cunctos respiciat, ut & cunctorum oculi in ipsum respiciant. Atque ex eo monet unumquemque Episcopum, ut ejus actio concordet nomini, & nomen se faciat actioni. Ast porius diligentem curam & laborem, qui requirunt in Episcopo, nomen hoc denotat, ut patet ex 1. Petr. V. 2. 3. & apertè docet locus Actor. XX. 28. ubi S. Paulus Presbyteros Ephesinos gravi sermone compellat, jubetque *επεσκέψαι* attendere, vigili studio ac operâ indefessâ gregi sibi divinitus, ab Ecclesiâ tamen, commisso, eâque, ut & *ἐκκλησιαστικῆς* voce inspectio- nem exigit, atque illis commendat, tam quoad *doctrinam*, quam quoad *vitam* & *mo- res*, exactissimam & accuratissimam.

LIII.

Non arroget sibi aut exerceat in suos Dominium vel imperium.

Εἰς ἑαυτοῖς.

SEverissimè interdixit Servator dominân-
Apostolis, eorumq; in Ministerio succes-
sorib; Matt. xx. 25. 26. Marc. x. 42. & Luc. xx. 25.
Principes Gentium dominantur & majores
(*μεγάλαι* ut Matthæus & Marcus, *ἐπεσκέψαι*, ut
Lucas habet) *potestatem in eos exercent, sed non*

ita

teta erit inter vos, sed quicumque voluerit inter
 vos magnus fieri, sit vester minister, Et qui volu-
 erit inter vos primus esse, sit vester servus. Ex-
 cipit Bellarminus lib. V. de Rom. Pontif. cap. 10.
 Tom. I. col. 913. Dominum illis verbis non pro-
 hibere Episcopis dominatum simpliciter, sed do-
 minatum tyrannicum, cum in Græco sit κατακυ-
 ρεύειν, quod est violenter dominari. Prohibere in-
 taqve more Regum ac Principum dominari. Re-
 spond. 1. Christus non modum dominandi, sed
 ipsum dominatum Apostolis suis adimit; Ergo
 non tantum tyrannicam sed quavis dominatione
 civili illis interdicit. 2. Ejusmodi imperium
 Christus Discipulis suis derogat, quale illi af-
 fectabant, sed Jacobus & Johannes, itemque
 reliqui discipuli non affectabant imperium Ty-
 rannicum, sed principatum & dominatum po-
 liticum, æquum & regno Christi mundano, se
 quod futurum esset, congruum: Fovebant e-
 nim carnale somnium de regno Christi terreno
 seu mundano, damnat ergo in illis affectatio-
 nem Domini politici ac primatus potestatis &
 ministerium illis commendat, suo exemplo, quod
 ipse venerit διακονῆσαι, ministrare, animasque
 suam impendere, ut nos redimeremur. 3. Quod
 Mattheus vocat κατακυρύνειν & καταξοῦναι,
 id Lucas simpliciter appellat κυρύνειν & ἐξουσι-
 αζειν.

340. Marcus habet verbum *ἀρχήν*. Frustra igitur emphasis in compositis verbis quaeritur, quasi violentam & Tyrannicam dominationem significant, quandoquidem etiam Actor. XIX. 16. *κατακυριεύειν* simpliciter pro dominatu seu praevalentiâ usurpatur. Et si in praepositione *καὶ* esset necessaria quaedam domini ad Tyrannidem restrictio, Lucas, qui post Matthæum & Marcum scripsit, eandem non praetermisisset. 4. S. Paulus non solum *κατακυριεύειν*, sed etiam *κυριεύειν* à se & reliquis Apostolis removeret 2. Cor. I. 24. inquit, *ἐκκυριεύομεν τῆς πίστεως*. Ezech. xxxiv. 4. in catalogo rerum horribilium recenset austerum Imperium Pastorum Israelis. Eandem importunam dominandi arrogantiam & libidinem exagitat etiam S. Petrus, quando edicit, ne pastores dominantur clero. *μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κληρῶν*, inquit, *ἀλλὰ τῶτοι γινώμεσθαι τῷ ποιμνί.* 1. Petr. V. 3. Ubi per *τῶν κληρῶν* intelligit idem, quod per *τὸ ποιμνίον τῷ θεῷ*, videl. *cætum fidelium* & gregis dominici portiones. Nunquam enim in Scriptura S. nomen hoc specificè tribuitur Ecclesiae pastoribus, nedum solis. Dicit quidem hoc loco Petrus, inquit Jac. Laurentius Com. in. h. l. pag. 323. *Non dominantes clero, sive clero, verum non sic eos appellat, quibus res sacra erant* com-

commissæ, utpote subdiaconos, diaconos & sacerdotas, uti ex Papistis in Commentario hujus loci asserunt. Fevardentius & Lorinus, itemque Bellarminus lib. de Clericis cap. i. sect. antepen. h. e. eos tantum, qui propriè, uti olim, apud Veteres, ita & hodiè in Papatu Clerici appellantur, & in quorum oppositione ceteri fideles dicuntur Laici h. e. plebei & populares, sed ipsum gregem h. e. Ecclesiam, idque oppositè ad pastores, ut patet ex verbis illis præcedentibus, pascite gregem, qui in vobis est, tum etiam, statim subsequenibus, qui forma facti sitis gregis &c. Hinc etiam Syrus vertit; Non tantum Domini gregis, sed sic, ut sitis illis exemplar bonum. Et testatur ipse Lorinus, Jesuita Com. in h. l. Cyrillum Alexandr. amplexum esse istum sensum scil. scripsisse Petrum vocatis ad Episcopatum & adscitis ad functionem, docendi oves ratione præditas, ut non dominentur Clero i. e. inquit, populo, qui fors Domini est. Ipseq; Cajetanus Cardin. disertè; Nec intelligo, inquit, per clericos eos, quos appellamus Clericos, sed Christianos omnes ad divinam sortem adscitos. Eodem modo Emanuel Sa, Estius, Titelmannus, Gagneus, Jansenius, alii. In rem hanc appositè scribit Chrysostomus Homil. XII. ad Ephes. Non dominamur fidei vestre, charissimi: Sermonis nobis doctrina commendata

est, non Principatus, non potestatis autoritas. Itemque Bernbardus ad Eugenium Papam Epist. 237. Si Christus te misit, estimabis tibi non ministrari, sed ministrare venisse, & ministrare non solum substantiam sed ipsam quoque animam; Verus successor Pauli dicet cum Paulo; Non quod dominemur fidei vestre, sed adjuvatores sumus gaudii. Petri bares audiet Petrum dicentem; Neque ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis. Tres sunt Ministerii Ecclesiastici perites; ἀρτία, αὐτοχρησίδια, & φιλοπορέσια, inertia, turpis lucri cupiditas & ambitio primatus, seu dominandi libido; Joh. v. 9. Pastor est, qui oves, mitissimum pecus in pascua agit, elementer, placideque ducit, eisque magno cum affectu & cum sedulitate prospicit sine dominatu, sine imperio. Debet itaque animarum Pastor auditoribus suis non δεσποτίζεσθαι, nedum τυραννίζειν imperare, sed παρρησιάζεσθαι, paternâ benevolentia eos amplecti atque tractare. Domabislupos, inquit Bernbardus Lib. II. de Confid. Col. 1022. sed ovibus non dominaberis, pascendas, non premendas suscipies. Regat Ecclesiam sibi commissam, non ex rigore potestatis, sed in spiritu lenitatis. Mederi studeat, non opprimere, docere, non cogere, ducere non trahere, quiq; persuadeat potius, quam exigit, beneficiis a lenitate